Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26281
Copyright: Admont, Benediktinerstift

in tempore malo. postremo ad operandum salu
tem in medio terre. Ipsius namque opus est quod corona
glorie vestre ita in dies ampliatur et sublimatur
mirabiliter crescens ac proficiens in omni decore
et magnificentia apud deum et homines. Ipsius plane profec
to nuper opus et virtus fuit, quod iter satis labori
osum pro pace et liberatione ecclesie susceptum in
tanta prosperitate peregistis. Rome siquidem imperialis
culminis plenitudinem gloriosissime assecutus.
idque quod maius fuit in manu non magna ut tamen ani
mi fideique magnitudo clarius eminuerit. Quod si
ante tantillum exercitum terra timuit et quievit,
quem quantumve putamus horrorem hostium corda invadere
habeat, cum ceperit rex procedere in magnitudi
ne brachii sui. Animabit insuper honestas
cause, immo duplex provocabit necessitas.
Non est meum hortari ad pugnam. est tamen secure
dico advocati ecclesie arcere ab ecclesie infes
tatione scismaticorum rabiem. est cesaris propriam
vendicare coronam ab usurpatore siculo.
Ut enim constat iudaicam sobolem sedem Petri in Christi
occupasse iniuriam, sic procul dubio omnis
qui in sicilia regem se facit, contradicit cesari.
Si autem utrumque incumbit cesari restituere. S.